

I. N. D. N. 7. C.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

LITIS CONTESTA-
TIONE ET QUÆ HANC
VEL COMITENTUR VEL
SEQUANTUR.

Quam
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
In Illustri Academia Salana,

PRÆSIDE

Viro Illustri ac Magnifico

DN. GEORGIO ADAMO
Struben/

Hæreditario in Wangleben & Benigen-
Sena/ Cto Consummatissimo, Sereniss. Du-
cum Saxo-Vinariensium Consiliario intimo Emi-
nentissimo, Facultatis Juridicæ Ordinario, Curia Pro-
vincialis, ut & Scabinatûs Adessore Gra-
vissimo,

*Dn. Patrono nullo non observantia & obsequii cultu atatem deve-
nerando.*

Publicæ eruditorum disquisitioni sistit

WOLFFGANGUS GEORGIUS Rabe /
Hall. Sax.

*ad d. 11. Januar. An. cl. Lc. LXXIX.
horâ VII matutina ad X.*

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.

1679 35
37

27

M. D. C. C. C.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
LITIS CONTESTATIONE ET QUAEHANC
VEL COMMITENTUR VEL
SEQUANTUR.

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
In Illustri Academia Salsana
PRESIDE

Vro Illustri ac Magnifico
DN. GEORGIO ADAMO

Securum
Hereditario in Salskammer & Salskammer
Salskammer Consularissimo, Serenissimo Du-
cum Saxo-Virtembergensi Consilio intimo Emi-
nentissimo Facultatis Juridicae Ordinario, Curato-
rincialis ac Salskammer Adlectore Gra-
vissimo,
Dn. Patris nulli non obsecrante & obsequii cultu etiam deo-

Publice eruditissimo dissertationi hinc
WOLFGANGUS GEORGIVS

Hall. Sax.
add. n. Januar. A. d. d. C. C. L. X. I. K.
hora VII matutina ad X.

JENAE Typis JOHANNIS NISZ.





I. N. 7.

DISPUTATIO JURIDICA

De

LITIS CONTESTATIO-
NE ET QUÆ HANC VEL
COMITENTUR VEL SE-
QUANTUR.

APHOR. I.



Postquam ad judicem ventum fuerit, qui cau-
sam disceptaturus est, interrogatur reus,
transierintne dies xx. ad deliberandum in-
dulti: inspicitur & responsionis libellus, ut
ex subscriptione idem pateat: si paruerit, li-
tis fit contestatio, *nov. 53. cap. 3. §. suscepto.*

II.

Quid sit litis contestatio, & unde dicta paucis verbis Fe-
stus docet: Contestari litem dicuntur duo aut plures adver-
sarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere solet, *Testes
estote.* Explodit hanc notationem Parladorius *1. rer. cotid. 14.*
putans inde dictam, quod actor contestaretur se statim inten-
tionem, reus se exceptiones suas probaturum. Verum ipsum
hunc explodendum esse, quis non perspicit?

A z

III. II-

III.

Illud tamen fatemur, Festi finitionem antiquo magis, quam novo juri convenire. Novo enim jure non exigitur, ut presentibus testibus litigatores dicant, *Testes estote*; Don. 24. *com. 1.* Quemadmodum nec judicium sibi in diem perendinum, sive tertium denunciant, cum ex *d. nov.* post vicesimum iudex adeatur. Gudel. *lib. 4. de jur. noviss. cap. 3.*

IV.

Est autem novo jure litis contestatio nihil aliud, quam narratio actoris, & contradictio rei, facta apud iudicem, qui causam negotii audire coepit, *l. un. C. de lit. cont. l. 14. §. patroni C. de jud. l. 2. pr. §. §. sin autem reus. C. de jurej. pr. cal. prest.* Donel. *d. cap. 1.* Cujac. *par. C. de lit. cont.* Confer eund. *9. observ. 21.* Sich. *ad d. rubr. n. 3.* Zoan. *rer. cotid. cap. 52.*

V.

Hac utrum in jure duntaxat apud praetorem, an & apud pedaneum fiat, dubitatur. Nobis ita videtur. Olim quidem fere in jure duntaxat fiebat: novo jure non solum apud praetorem, sed & apud pedaneum fit litis contestatio; *arg. d. l. un. C. de lit. cont. l. 2. §. 5. C. de pedan. jud. d. nov. 53. cap. 3. §. 4.* Conf. Hotom. *5. antiq. Rom 8.* Donel. *d. cap. 1.* Sigon. *1. de judic. cap. 27.* Brisson. *lib. 5. formul.*

VI.

At cujusmodi est illa narratio & contradictio? Communis schola ita tradit; simul atque iudici actor exposuerit intentionem, reus contradixerit, sive simplici inficiatione, sive exceptionis peremptoriae objectione. litem videri contestatam. *Dd. in d. l. un. C. de lit. cont. §. inc. un. ext. eod.* Solus propemodum Nic. Vigelius *lib. de lit. cont. §. lib. de off. jud.* existimat, tum demum litem contestatam, cum narrando, excipiendo, replicando &c. deventum fuerit ad eum articulum, qui

qui causæ statim aperit. Quo nomine rectè reprehensus est à Goddæo, in *l. litis 36. D. de V.S.*

VII.

Posito, communem interpretationem veriore esse, existimabimus non solum eum contradicere, qui simpliciter inficiatur intentionem actoris per illa vulgata; *Nego narrata prout narrantur &c.* verum etiam qui fatetur, iniquum tamen dicens se condemnari, propter exceptionem peremptoriam, qua sit munitus. Accurs. in *d. l. un. verb. narraationem.* Sich. *ibid. n. 9. & n. Zoan. d. cap. 52.*

VIII.

Excipiunt interpretes eum, qui dum intentioni actoris contradicit, expresse protestatur, se id non facere animo litem contestandi, Azo in *sum. C. de lit. cont.* Bart. in *l. un. n. 15. & seqq.* Zoan. *d. loc.* Wurmsler. *tit. 13. observ. 5.* Mynsing. *cent. 3. obs. 31.* Quam exceptionem hæcenus veram puto, si non factum protestationi contrarium sit. Conf. Bald. in *d. l. un. num. 4.*

IX.

Illud non possum probare, quod canonistis placet, in *c. n. de lit. cont. & c. 2. eod. in 6.* objecta à reo peremptoria exceptione, non aliter contestationem fieri, nisi eo amplius aut intentionem actoris neget, aut adjiciat, facere se id animo litem contestandi. Rectius contrarium Accurs. Bart. Bald. & post eos Sich. *ad d. l. un.* scripserunt.

* Vid. Rosbach. *proc. civil. tit. 49.* Gail. *1. observ. 73. & seqq.* Græv. *conclus. ibi.* Berlich. *Part. 1. concl. 26.* || Carpz. *defin. for. Part. 1. Const. 10.* Brunnemann. *proc. civ. cap. 14.* Carpz. *proc. lur. tit. 10. art. 3.*

X.

Nec tamen inficias eo, si exceptio peremptoria in conti-

A 3

mentii

menti probari possit, non opus esse litis contestatione, pratorumque denegaturum actionem & iudicium actori, *l. 1. §. 4. D. de dol. mal. l. 123. D. de V. O. l. 5. C. de cond. ob turp. caus. l. 7. §. non solum l. 9. §. hoc SC. D. de SC. Maced. l. 2. §. 1. l. 14. l. 15. 16. 17. §. se mulier l. 20. D. ad SC. Vellej. Hotom. d. lib. 5. cap. 9. Conf. Cap. 5. aphor. 29.*

XI.

Porro dividunt interpretes litis contestationem in affirmativam & negativam. Affirmativam vocant cum reus affirmatiuè litem contestatur, fatendo debitum: idque fieri dicunt vel purè, cum simpliciter reus debitum confitetur; vel non pure, cum simul objicit exceptionem peremptoriam. Negativam, cum reus negative respondet inficiando debitum, vulgatis verbis, *Nego narrata &c.*

XII.

Hæc divisio non uno modo absurda est: Cum enim actor potius litem contestetur, quam reus, *l. 11. D. de jud. l. 28. D. de novat. l. 28. D. de injur. Cuj. d. cap. 21.* aut certe uterque *l. 1. D. de litig. d. l. un. C. de lit. contest. Fest. d. loc.* cur solius rei intuitu in affirmativam & negativam dividitur? Ad hæc falsum est eum, qui simpliciter fatetur, litem contestari, *l. 6. D. de confes. l. 25. D. ad leg. Aquil.* Falsum est eum, qui objicit exceptionem peremptoriam, fateri debitum, cum potius neget, *arg. l. nihil interest 112. D. de R. I.*

* Explicatur hæc divisio litis contestationis in *Evolut. thes. 70. Exercit. IX.*

XIII.

Cumque litis contestatio in affirmativam & negativam non recte dividatur, sequitur etiam exceptores reprehendi non debere, cum in acta referunt: *Illa die, inter illos facta est litis contestatio: non adjicientes, affirmative, negative. Quin etiam*

etsi divisio proba esset, non iusta tamen foret reprehensio
Bart. in l. sciendum n. 18. D. de V. O.

Diff. Specul. de lit. cont. §. 2. vers. quidam autem. Sich.
ad rubr. C. de lit. cont. n. 6.

XIV.

Utrum viva duntaxat voce, an & libellis fieri possit litis
contestatio, quæsitum est. Hostiensis existimavit vivam vo-
cem requiri, sed communis schola atque usus reclamatur, teste
Sichardo d. loc. n. 3. Nobis Hostiensis sententia juri Romano
magis consentanea videtur.

XV.

Sane non est necesse ipsos litigantes in iudicio compa-
rere litis contestandæ gratia; potest id per procuratores fieri
imò & per advocatos, ut vult Sich. d. loc. n. 4. Verum id fal-
sum est: advocati enim post litis demum contestationem &
jurabant, & causas orabant. l. 2. pr. C. de iurej. pr. cal. prest. l.
24. §. patroni C. de jud.

XVI.

Quæsitum est etiam, an in omnibus causis necessaria sit
litis contestatio: enumerat enim Mar. Soc. in c. frequenter,
ut lit. non cont. casus supra octoginta, in quibus non sit neces-
saria. Nominatim quæramus de causis matrimonialibus,
appellationis, possessionis, summariis, notoriis, nullitatis.
Nos in his quoque litis contestationem necessariam iudica-
mus. Ferret. in l. 12, §. nihil n. 62. & seqq. D. de adq. poss. Co-
ras. pr. ej. l. n. 36.

* Sufficit tamen minus solennis. Vid. Borrell. summ.
decis. 50. num. 16. & seqq. Caroz. d. remed. contr. præjudic. sen-
tentent. exc. 34. num. 14. & seqq. Honor. comp. jur. Can. tit. 5.
num. 6. Coler. part. 3. d. process. execut. cap. 5. num. 4. Carpz.
process. jur. tit. 10. art. 2.

XVII. EE.

XVII.

Effectus litis contestationis multi sunt; veluti, quod initium præbeat iudicio *d.l. un. d. l. 2. d. l. 14.* interrumpat præscriptionem *l. pen. C. de recept. l. nemo C. de adq. poss. faciat malæ fidei possessorem. l. 25. §. pen. & ult. D. de usur. l. 22. C. de rei vind. l. 4. §. post litem D. fin. reg. perpetuet actionem l. ult. C. de præscr. 30. an l. 1. C. de annal. except. Ital. cont. toll. faciat procuratorem dominum l. neque C. de procur. impediatur objectionem dilatoriæ *l. ult. C. de except. ita demum C. de proc. & c.* Vid. Sich. *d. loc. num. 7.* Vult. *2. jur. Rom. 31.**

XVIII.

Adjiciunt multi Dd. & hunc effectum, quod faciat rem litigiosam. Verum id parum quadrare videtur *nov. 112. cap. 1.* ex qua discimus, in realibus quidem sola iudiciaria conventione rem fieri litigiosam: in personalibus autem nec per litis contestationem, seu nullo modo. Pac. *in Isag. D. de litig. Donel. 9. com. 10.* Sand. *de prob. rer. alien. part. 1. cap. 9. n. 5.*

* Vid. Georg. Frantzk. *variar. Resolut. 11. lib. 1.*

XIX.

Nec desunt, qui adjiciant istum, quod lite contestata usuræ fœnebris pecuniæ currere incipiant, *arg. d. l. 35. D. de usur.* Non rectè; fœnus enim verbis, & sola stipulatione debetur *l. 1. 3. 4. C. de usur. l. 24. D. de præscr. verb. Cuj. 1 C. obs. 22. Duar. de usur. cap. 2. Donel. in l. 13. C. eod.*

Diff. Coras. *2. miscel. 7.*

XX.

Si omissa sit litis contestatio, processus ipso jure nullus est, *Accurs. in l. 4. C. de sent. & interl. Bald. in c. un. de lit. contest. Vant. de un. ex def. proc. n. 28. Gail. 1. obs. 75.* Quanquam & illud dici poterat, difficulter fieri posse, ut procedatur in causa, nec tamen fiat litis contestatio.

XXI. Sunt

XXI.
Sunt quædam, quæ pro litis contestatione cedere dicuntur; veluti, libellus principi oblatus *l. 1. & 2. C. Quand. lib. princ. obl. fac. lit. cont.* contumacia citati, *l. properandum 13. §. & si quidem & §. seq. C. de jud. nov. 112. cap. 2.* usurpatio creditoris vel domini *l. cum notissimi 7. §. immò & illud C. de præscr. 30. an.* libellus præfidi oblatus *l. 2. C. de annal. exc. Ital. contr. toll. l. 2. D. de naut. fœn.* & si quid aliud ejusmodi: num igitur quicquid efficaciam litis contestationi tribuitur, id idem tribuendum enumeratis speciebus? Nequaquam, vide Farin. *quest. 10. n. 51.* Argentr. *ad cons. Brit. art. 266. de præscr. cap. 1. & 2.* Donel. *16. com. 8. in fin. & 5. com. 31. in fin.* Neostad. *decis. Cur. Holland. 27.* Bald. *ad l. ult. D. de eo per quem fact. er. n. 7.* Sich. *in l. 1. num. 9. C. de hered. petit.* Thoming. *decis. 24. num. 4. & seqq.*

XXII.
Cum litis contestatione olim conjuncta fuit ordinatio seu constitutio judicii, de qua Hotom. *5. antiq. Rom. 9.* Sigon. *d. lib. 1. cap. 24.* Rævard. *ad ll. XII. tab. cap. 7.* Don. *24. com. 1.* In novis constitutionibus, tamen si aut nulla, aut rarissima ejus sunt vestigia, sublatis jam formulis & impetrationibus earum, *l. 1. & 2. C. de form. & impetr. subl.* usus tamen, si Donello credimus, non est prorsus antiquatus.

XXIII.
Constituitur interdum ita judicium, ut petitioni actoris jungatur mutua petitio rei, quam reconventionem Dd. vocant: de qua tamen ipsa litigant, quando proponenda sit. Plerique ante litis contestationem vel paulo post proponendam censent, Accurs. Azo, Bald. Sich. *in autb. consequenter C. de sent.* Jas. *in l. 3. C. de eden. n. 17.* Gudel. *d. c. 8. n. 24.* Alii distinguunt inter effectus reconventionis, Bart. *in ead. autb.*

.IIIVXX

B

Abb.

Abb. & alii in c. 1. de mut. petit. Wurm. tit. 12. obs. 4. Nobis
Accursii sententia magis placet.

XXIV.

Sed verba ista, paulo post, quomodo accipienda? Accur-
sus ita accipit, ante confessionem, & productiones testium:
Baldus verò & Jason, ante jusjurandum calumniæ à litigatori-
bus præstitum: quorum interpretatio verisimilior.

* Quid jure Saxonico obtineat, tradit Carpzov. *proc.
jur. tit. 6. art. 3.* Vid. *Exerc. ad Pand. 21. thes. 32. Exerc. 4. thes.
59. Exerc. 9. thes. 68.*

XXV.

Institui potest non solum coram iudice ordinario, sed
& delegato. Nec eo duntaxat qui ab ordinario delegatus,
sed & qui utriusque consensu electus est, c. 1. de mut. petit.
*junct. l. 14. D. de jurisd. Zas. 2. sing. resp. 37. Giph. in l. 14. C. de
sent. & inter l. Gail. 1. obs. 3.*

Diff. quod ad electum Bart. in d. *autb. Sich. in d. l. 14.
num. 8.*

XXVI.

Verum nihilominus est, coram arbitro, in quem com-
promissum est, mutuam petitionem institui non posse, arg. c.
*cum dilectus, de arbitr. l. 21. §. plenum l. 32. §. de officio l. 46. D.
de recept. Giph. & Sich. d. loc. Duar. ad tit. de jud. pag. 166.*

XXVII.

Ad causas quod attinet, in civilibus duntaxat locum ha-
bet: in criminalibus ἀντικατηγορίας regulariter prohibita sunt.
Inscribere quidem reus pendente iudicio in accusatorem po-
test: peragere non potest antequam innocentiam purgave-
rit l. 1. l. 19. C. de his qui accus. non pos. l. 5. D. de publ. jud. Cuj.
20. obs. 7. Giph. in d. l. 14. & d. l. 1.

XXVIII.

XXVIII.

Sed et si civilis causa sit; si tamen celeritatem desideret, non habet reconventio locum Menoch. *adipisc. poss. remed.* 4. n. 650. Itaque neque in causa executionis Coler. *part. 1. de process. exec. cap. 2. num. 20.* Sand. *1. decis. tit. 6. def. 2.* neque in possessoriis & summariis locum habere potest Specul. *lib. 2. part. 1. tit. de reconv. §. nunc videamus num. 5. §. 11.* Marant. *part. 4. divis. 6. num. 38. 41. §. seqq.* Rebuf. *de mat. poss. art. 7. gloss. 1. num. 21.* In causa quoque appellationis reconventionem cessare verissimum est. Specul. *d. loc. n. 6.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 22. n. 22.* Sand. *d. tit. 6. def. 3.*

XXIX.

Utilitas est, ut lites citius finiantur, *c. dispendia, de rescr. in 6. l. 21. D. de reb. cred.* quamobrem & iudex de utraque petitione simul cognoscere debet; ita tamen, ut priores vices petitionis, posteriores mutuae petitionis sint, *l. 1. §. ult. D. Que sent. fin. appel. rescind. nov. 96. cap. 2.* Sich. *in d. autb. num. 4.* Giph. *in d. l. 14. in fin.* Gudel. *d. loc.*

XXX.

Subjicitur autem actor per mutuam petitionem jurisdictioni eius, quem appellavit, tametsi alioqui in ea causa incompetentens iudex erat, *d. autb. consequenter l. 2. §. sed si agant l. 22. D. de jud.* Quid si actor clericus fuerit? Is quoque subjicitur, ut communiter utriusque juris interpretibus placuit, teste Myns. *2. obs. 76.* Gail. *1. obs. 37.*

XXXI.

Quid si reum poeniteat mutuae petitionis, an actorem coram alio iudice convenire poterit? Verius est non posse, *arg. l. ubi acceptum 30. de jud. l. 4. C. de jurisd. omn. jud.* Bartol. *in d. autb. consequenter, gloss. in d. c. dispendia de rescr. in 6.*

B 2

XXXII.

XXXII.

Post litem contestatam iudex in leges jurare debet, id est, se non aliter iudicaturum, quam legibus proditum sit: Evangelia etiam à primordio litis ad finem utque ante se proposita habere, *l. rem non novam 14. pr. C. de jud. ub. Jas. & Hotom. in schol.*

Diff. Accurs. Sich. Giph. & alii *ib.* putantes non jurare iudicem in singulis causis, sed semel duntaxat & initio muneris sui.

* Hodie Iudices non in singulis causis, sed initio suscepti muneris jurare, notissimum est.

XXXIII.

Irnerius *subjecta auth. hodie C. de jud.* existimat, novissimo jure minores quidem iudices in leges jurare: majores autem, se facturos, quod justius & melius visum fuerit. Verum ineptè eam *auth.* confarcinatam esse *ex nov. 8. in fin. & nov. 15. cap. 1. §. 1.* cuius cordato perspicuum est.

XXXIV.

Quid si non juraverit iudex, aut non habuerit proposita evangelia? Regulæ juris congruit, ea, quæ ab eo acta sunt, nullius momenti esse, *l. non dubium 5. C. de ll. l. prolatam 4. C. de sent. & interloc. Hotom. in d. l. 14. §. patroni. Diff. Dd. Bald. pr. d. l. 14. Sich. ibid. n. 4. & 5. Giph. in d. l. 14. §. 1.*

XXXV.

Post iudicem jurant litigatores: Actor quidem, se non calumniandi animo litem movisse, sed quod existimarit se bonam habere causam: reus, quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit. Et jubentur ipsi jurare, etiam si per procuratorem agant aut defendantur: ni fecerint, actor causa cadit, reus pro confesso habetur, *l. 2. pr. & §§. seqq. C. de jurej. pr. cal. prest. §. 1. Inst. de poen. tem. litig.*

XXXVI.

XXXVI.

Interpretes plures adjiciunt partes de quibus juretur: 1. de non exigendis probationibus calumniæ causa, 2. de nulla falsa probatione adferenda. 3. de non inficiando, aut reticendo, si quid interrogabitur. 4. de non corrumpendo iudice datis muneribus Gloss. in c. 1. de jur. cal. Vult. d. cap. 31. Ex his primam duntaxat agnosco, expressam nov. 49. cap. 3. Quarta non est pars jurisjurandi de calumnia, sed peculiare jusjurandum, inductum nov. 124. cap. 1. Secunda & tertia interpretum commenta sunt, Giph. in d. l. 2. pag. 133.

XXXVII.

Iidem, quod diximus ipsos litigatores jurare debere, ita temperant, ut excipiant procuratorem in rem suam, & eum qui habet speciale mandatum arg. c. 3. 4. per. & ult. de juram. cal. Azo in sum. C. eod. gloss. & Bart. in d. l. 2. §. fin. autem abfuerit, & plures laudati Sandio lib. 1. tit. 9. defn. 1. Nobis magis placet iudicium Argentor. ad cons. Brit. art. 98. not. 3. Expediret, inquit, totum hoc tolli, propter cauteriatas multorum conscientias; & quod vultus, gestus, actionesque coetera multum faciant ad detegendum verum &c. Vid. R. N. d. A. 1654. §. 43.

XXXIIX.

Iidem existimand jurisjurandum calumniæ semel duntaxat, & initio litis præstandum, per eand. nov. 49. cap. 3. Sublato jure veteri, de quo in l. 1. C. de jurej. pr. cal. l. 34. §. qui jusjurandum D. de jurej. l. 9. C. eod. Nos ita id verum agnosci-
mus, si ab initio adjecta sit clausula illa, de non exigendis probationibus calumniæ causa: Sin omissa fuerit, repeti jusjurandum poterit Donel. 24. com. 21. Pac. in Isag. C. de jurej. pr. cal. Giph. in d. l. 2. C. eod. in fin.

* Juramentum calumniæ generale jure Saxonico non

B 3

habet

habet locum. Vid. *Exerc. ad Pandect. 17. thes. 76. Carpzov. process. jur. Tit. 12. art. 1.*

XXXIX.

Iidem separant jusjurandum malitiæ, à jurejurando calumniæ, pluribus inter utrumque differentiis propositis *Specul. tit. de juram. cal. Wes. par. C. eod. num. 12.* Satis ineptè: quid enim aliud est malitia quam calumnia? *Giph. in d. l. 2. pag. 34.*

* Juramentum Calumniæ sive malitiæ speciale, quod contra distinctum generi, strictiori significato *malitia* in specie à quibusdam appellari solet, (Vid. *Engel. J. Can. p. 3. l. 5. t. 19. n. 6.*) exigente altera parte vel etiam officio judicis singularem *malitia* præsumptio, non pro arbitrio judicis etiam in foro Saxonico aliquando injungitur. *d. Exerc. 17. th. 76. in fin. Carpz. d. tit. 12 art. 1. §. Decis. Elect. Sax. nov. 70. observ. 161.*

XL.

An jusjurandum calumniæ parentibus & patronis remittatur controversum est? Verius est non remitti *d. nov. 49. cap. 3. adde l. 34. §. qui jusjurandum D. de jurej. l. 2. §. sed quia veremur C. de jurej. pr. cal. prest. Giph. in d. l. 2. pag. 130. Don. 24. com. 21. Cuj. 9. obs. 37. Forner. 2. select. 4.*

XLI.

Controversum etiam, an jurej. calumniæ non præstito, processus sit ipso jure nullus? Plerique distinguunt; Omissum non vitiat, recusatum vitiat judicium: item expresse remitti nequit, tacitè potest, *Accurs. Bart. & Dd. alii in l. 3. §. Sed quia veremur C. de jurej. pr. cal. prest. Vant. de null. ex def. proc. n. 29. Petr. de Ferr. tit. 2. gloss. 31. n. 6. Gail. 1. obs. 85. Rectius Donnell. d. 23. com. 3. Gudel. d. cap. 8. in fin. absque distinctione judicium vitari censent.*

XLII. II-

XLII.

Illud quoque disceptatur, an statuto tolli possit? Negant PP. *in c. ceterum de juram. cal. c. constitutus de fidejus.* Ferr. *d. loc. n. 7.* Gail. *d. obs. 85. n. 3.* Nos Giphanio assentimur, *in d. l. 2.* ita distinguenti: Si vim ac potestatem statuentium ad jus Romanum exigamus, non posse tolli. Sin ad mores nostros, posse.

XLIII.

Ne de eo quidem interpretibus convenit, sitne præstatio hujus jurisjurandi ex usu judiciorum & reip. Non desunt enim, qui absurda ratione introductum putant, ac contra jus divinum: non erubescunt aliqui scribere, ex toto orbe eliminandum esse. Absurda profectò & iniqua ipsorum ratio est.

XLIV.

Post litigatores advocati utriusque jurant, non solum de causa fide & integritate omni peroranda; sed & deserenda, ubi certamine procedente animadverterint improbam esse & desperatam *l. 14. §. patroni C. de jud. d. l. 2. C. de jurej. pr. cal. prest.*

XLV.

Priorem hujus jurisjurandi partem omnes saluberrimam fatentur: posteriorem periculosam dicit Sich. *in d. l. 14. venenum Zafius ibid.* eo quòd objiciat clientem advocatis spoliandum: nisi enim solvat quantum petunt, minabuntur se causam derelicturos, tanquam malam & desperatam. Hæc quoque ratio parum placet.

* Vid. *R. A. de Anno 1654. §. 3.* Advocati ordinarii in nostris terris initio delati muneris juramentum præstant. Vid. *ordin. Judic. provinc. Jenens. tit. 6.* Aliquando perinde ut partes ob singularem præsumtionem in aliqua causa jusjurandum malitiæ præstare debent. Vid. *d. dec. Elect. Sax. nov. thilin. observ. l. n. 35.*

XLVI.

XLVI.

Ceterum ex eo, quod Imperator causam improbam & desperatam deserere jubet, rectè colligimus si anceps sit, non esse deserendam. Quin & ab initio anceps causam suscipi ab advocatione posse, rectè Parladorius tradit *l. rer. cotid. 2. n. 12.* dum anceps intelligamus non tam eam, quæ multis utrinque autoribus, quam pari rationum pondere ventilatur.

XLVII.

Si jurare patroni nolint, vetantur causam agere. Quid si iudex non exegerit ab eis iusjurandum? Donellus *4. com. 3. in fin.* existimat, iudicem litem suam facere, iudicium tamen nihilominus consistere; eo, quod ex fide patronorum non pendeat. Ego amplius deliberandum censeo.

XLVIII.

Postquam juraverint iudex, litigatores, patroni, causa disputatur plenius, seu ab ipsis litigatoribus, seu eorum patronis. Cujus disputationis ordo hic est: actor dicendi potestate facta, intentionem repetit, argumentis, tabulis testibus firmat. Reus respondet, objecta diluit, instrumenta aut testimonia refutat: probat etiam quod allegat, si negetur. Actor replicatione elidit exceptiones rei, refutat testes, & instrumenta ab eo producta: Reus adversus replicationem actoris duplicat &c. uterque interrogat, ut per confessionem adversarii difficultate probationis liberetur *l. iudices 9. C. de jud. l. siquidem 9. C. de except. l. 1. C. de probat. tit. Inst. de replicat. nov. 90. cap. 4. Don. 24. com. 5.*

XLIX.

Exceptiones, quibus reus utitur, vel ipso jure perimunt actionem, vel propter æquitatem. Ipso jure, cum dicit, *Tibi non competit actio, quia causa petendi sublata est per solutionem,*

XLIX

expro-

expromissionem, acceptilationem &c. Æquitatis ratione, cum actio summo jure competit, iniquum tamen est reum condemnari, ut propter pactum, jusjurandum, Vellejanum, Macedonianum, dolum &c.

L.

Illæ etiam post sententiam actioni rei judicatæ opponi possunt. *l. 2. C. de compens. l. 4. §. pen. D. de re jud. l. 1. C. eod.* Hæ, exceptis nonnullis, quacunque judicii parte, dum tamen ante sententiam *l. 2. C. sent. non rescind. l. 4. C. de except. l. 9. C. de præscr. long. temp. l. 10. §. 1. C. de fidejuf.*

LI.

An autem contestari eas initio litis necesse sit, non est expeditum. Contestationem enim exigunt *d. l. 9. C. de præscr. long. temp. l. 8. & 9. C. de except.* Non exigunt *d. l. 2. d. l. 4. d. l. 10. §. 1.* Hanc discrepantiam dextrè satis videtur sustulisse Donellus *24. com. 2.* distinguens inter judicia stricti juris, & bonæ fidei. In illis contestatio necessaria est: in his non item: insunt enim omnes exceptiones bonæ fidei judiciis *l. 3. D. de resc. vend. l. 84. §. qui servum D. de leg. 1. l. 31. l. ult. D. de ber. pet.*

Diff. Giph. in *d. l. 8. C. de except.*

LII.

Probatio est intentionis suæ legitima fides, quam facit judici actor, vel reus, vel uterque Cuj. *par. C. de probat.* Eam dividunt vulgo in plenam, & semiplenam. Nos rhetores secuti dividere malimus in ἐπιχειροῦν & ἀπιχειροῦν; seu artificialem & inartificialem. Hæc per testes & tabulas fit: illa per argumenta. De utraque specie pluribus disput. se 4.

LIII.

Neque autem præsumptio, quæ relevat duntaxat ab onere probandi, neque fama, neque jusjurandum, neque con-

C

fessio

fectio adversarii legitimæ probationis species sunt *arg. l. pen. C. de codicil. rubr. D. de probat. & presunt. l. eum qui 30. D. de jurej. Donel. 25. com. 4. Duar. ad tit. de probat. cap. 2. & 7. & tit. de jurej. cap. 2. Hotom. in schol. ad rubr. C. de probat.*

LIV.

Probatur id quod dubium est, quodve latet: notorium non indiget probatione, *l. 11. §. emptorem D. de act. emt. c. manifesta & c. de manifesta 2. q. 1. Gomes. 3. resol. 1. n. 41. Coraf. 1. miscel. 16. Notorium tria faciunt, secundum interpretes; evidentia facti, instrumentum publicum, & res judicata, Gail. 1. obs. 16. n. 7. Vult. 2. jur. Rom. 2. n. 8. imò quatuor: adjiciunt enim aliqui famam, Sich. in l. 24. n. 15. C. de pign. & hyp. Ex his primum duntaxat agnoscendum videtur.*

LV.

Incumbit probatio ei qui dicit, non ei qui negat *l. 2. l. verius 21. D. de probat.* Negationem porrò non tam figura verborum, quam vi & potestate metimur. Qui enim intendit ita, *Ajo tibi non esse jus altius tollendi; Non esse vulnus letale; Non esse hereditatem solvendo; Mulierem non esse pregnantem,* affirmat magis, quam negat. *Duar. ad tit. de probat. cap. 12. Hotom. in l. 23. C. eod.*

LVI.

Probat igitur actor, qui suum esse, sibi deberi intendit: non reus, qui idem negat. Id tamen temperamenti indiget: nam si confidat actorem probationibus destitui, nulla ei defensio necessaria est, *l. 4. C. de edend. l. 2. C. de probat. l. 2. C. de prob. l. ult. C. de rei vind.* Sin exceptionem opponat, eam probare debet *l. 9. C. de except. l. 5. 12. 17. 18. §. 1. l. 19. 22. D. de probat. l. 1. l. 16. C. eod.* nisi fortè & exceptio ipsa merè negativa sit, veluti non numeratæ pecuniæ, *l. 10. C. de non. num. pec.*

LVII. Ra-

LVII.

Ratio cur dicenti, non neganti incumbat probatio, redditur *in d. l. 10. C. de non num. § l. 23. C. de probat.* ista: quod negantis per rerum naturam nulla sit probatio. Hæc ratio ita accipienda: facti negatio directò probati nequit; probatur tamen interdum obliquè, argumento ex affirmatione ducto: ut, *Non fui Kalendis Romæ: ergò non promisi stipulanti l. 14. C. de contr. stip. Baro lib. 4. manual. Duar. ad tit. de probat. cap. 4.*

LVIII.

Aliquando probatio statim injungitur reo, non actori: nempe cum militat adversus eum præsumtio. Exempla occurrunt, *in l. 3. 8. 9. 25. D. de probat.* Adhæc cum ex administratione convenitur, non malè gesti probatio actori, sed benè gesti reo incumbit, *l. 3. C. de probat. junct. l. 11. D. eod. l. 1. C. de div. tut. l. 1. §. probat. 13. D. de mag. conv.* Cujus rei probatio ex officio deducenda, non præsumptioni adscribenda. *Donel. 25. com. 4.*

LIX.

De tempore intra quod fides judici facienda, nihil nominatim libris Justiniani proditum est: unde non malè infertur, arbitrio judicis definitionem temporis relinqui. Illud solum expressum est, postquam conclusum fuerit in causa, probationes non esse admittendas, *aurb. jubemus C. de jud. nov. 115. cap. 2. Doncl 24. com. 6.*

LX.

Porrò ut subveniretur difficultatibus probationum, interrogationes in judiciis fiunt. Interrogatur non solum ab actore reus, sed & à reo actor, & à judice uterque: Si quid alteruter confessus fuerit, id pro probato habetur, *l. 1. 2. 3. 4. l. 9. §. 1. l. pen. D. de interrog. in jur. fac. l. 1. 3. 6. D. de confess. l. 25.*

C 2

D. ad

D. ad leg. Aquil. l. 9. C. de jur. lib! Unde DD. confessionem vo-
cant probationem probatam, *Vult. d. cap. 2.* Sed ineptè & in-
elegantè. *Duar. de probat. cap. 2.*

LXI.

Extra judicium quod quis confessus fuerit, non habetur
pro probato suspicionem duntaxat ea confessio facit, *Duar.*
ad tit. de probat. cap. 5. in fin. Et licet excipiant interpretes
confessionem geminatam, itemque præsente adversario fa-
ctam, *Bart. in l. cum scimus C. de agric. & cens. Sich. in l. 3. n. 18.*
& seqq. C. de reb. cred. Costal. in l. 16. D. Depos. assentiri tamen
illis non possumus.

LXII.

Tempus interrogandi quod attinet, interpretes ut sta-
tim post litis contestationem fiat, requirunt, *Vult. d. cap. 31.*
Gail. 1. obs. 79, n. 3. Mynf. 5. obs. 88. Wes. parat. de interr. in fin.
Non rectè: fiunt enim & ante litis contestationem, ut *Capite*
præcedenti diximus; & quacunque judicii parte, ut colligitur
ex d. l. pen. D. eod. Hotom. in epit. ej. tit.

LXIII.

An de meritis quoque causæ interrogari adversarius
potest? *Negat. Sich. in l. 9. C. de jud. n. 8. Zas. ibid. n. 18.* idque
notandum *Castrensis* monet, eo quod à paucis sciatur, ma-
gnumque in practica faciat honorem. Ut autem reus re-
spondere cogatur, positiones seu articulos exhiberi jubent,
quos actor adfirmet veros: ad hos respondere cogitur per
verbum *credo, vel non credo.* Verùm hæc doctrina juri Ro-
mano non satis consentanea videtur, *Conf. l. 9. §. illud. quari-*
tur l. pen. D. de inter. in jur. fac.

LXIV.

Illud certè palàm juri civili adversatur, quod exigunt,
ut positiones exhibens præstet jusjurandum dandorum, al-
ter,

ter, cui exhibitæ sunt, jusjurandum respondendorum, si modo exigat adversarius. Vult. *cap. 31. Gail. d. obs. 79. n. 16. § 82. pr. Wurms. tit. 14. obs. 8. cum jure civili sufficiat ab initio præstitisse jusjurandum calumniæ, secundum nov. 49. cap. 3.*

* Juxta Processum Juris Cameralis & communis Positiones sunt receptæ, & super iis jusjurandum dandorum & respondendorum præstandum. Vid. Exerc. *ad Pand. 15. tbes. 44. Jung. Exerc. 9. tbes. 70. Gilhaus. arbor. judic. civ. cap. 4. ramasc. 3. Rosbach. process. tit. 51. Oldendorp. d. formul. libell. sub rubric. de position. Gvil. 1. obs. 79. 80. 81. Grav. ibi. Umm. Disp. 13.*

Modus tamen aliquis istis positionibus novissimo imperii Recessu *d. A. 1654. §. Diweil aber auch 41.* est præfinitur: Add. Brunnemann. *process. jur. civ. cap. 17. n. 3. § seqq.* qui etiam *cap. 9. num. 3. § 4.* monet, quod promoveretur justitia, si à judice adhuc interrogationes fierent.

LXV.

Tacens contumaciter, aut non respondens *weil er nicht antwortet,* pro confesso habetur. *l. 11. §. qui tacuit § seqq. D. de interrog. Enervant hoc responsum qui scribunt, ut Phil. Franc. in c. 2. n. 3. de confess. in 6. Vult. cap. 31. Gail. 1. obs. 80. n. 5. § ab his citati Bald. Ang. Jaf. Castr. haberi quidem pro confesso tacentem, eum tamen, qui positiones exhibuit, nihilominus eas probare debere.*

LXVI.

Confessus autem se debere, vel rem actoris esse, pro judicato habetur: nec aliæ tum partes judicis sunt, quàm in æstimando. *l. proinde 25. §. ult. D. ad leg. Aquil.* Inde concludimus, post confessionem sententia opus non esse, nisi fortè tum, cum res arbitrio judicis æstimanda est. *Duar. ad l. post rem 56. D. de re jud.*

LXVII.

Si reus interrogatus intentionem actoris non negavit, sed exceptionem duntaxat objecit, an videatur eo ipso intentionem confessus esse, quaritur? Verius est non habendum pro confesso, si deficiat in probanda exceptione, *arg. l. non utique 9. D. de except. c. venerabilis eod. tit. c. exceptionem de R. l. in 6. Bartol. ad d. l. 9. Covar. 1. var. resol. 2. n. 3. Gudel. 4. de jur. novis. 9.*

* Vid. *Exerc. ad Pand. 46. thes. 14. Add. Gilken. in l. 1. C. d. probat.*

LXVIII.

Quaritur etiam, an confessio adversarii pro parte acceptari, pro parte repudiari possit? Adfirmans schola adeo non displicet nobis, ut propè supervacuas judicemus Bartoli distinctiones, *in l. Aurelius 28. §. idem quaesit D. de liber. legat. Confer. Panorm. in c. bona 2. de postul. prelat. Alciat. & alios in l. decem D. de V. O. Jas. in §. item si quis Instit. de act. Clar. 5. sent. §. homicidium n. 35. Gomez. 3. var. resol. 3. n. 26. Farin. quest. 81. part. 4. Hart. Pist. part. 4. quest. 16.*

LXIX.

Atque hæc quidem, quæ supra enumeravimus, ad litigatores pleraque pertinent: Excutiamus nunc ea, quæ pertinent ad officium judicis. Judicis est cognoscere, inspicere instrumenta, interrogare testes, interloqui, diem diffindere, & dilationes dare, deferre jusjurandum, citare absentem, ferre sententiam.

LXX.

Cognitio vel plena est, vel summaria. Plena, cum judex causæ qualitatem plena inquisitione discutit *l. 9. C. de jud. c. fin. 30. quest. 5.* Summaria, cum judex re aliqua à petitore allata, quæ vel leviter pro eo facit, ei concedit quod petit, interim

terim

terim contempto eo, quod contra adfertur à reo, si obscurior
rem habeat quæstionem, Don. 24. com. 5. Zasius & Sichard. in
d. l. 9. adjiciunt tertiam cognitionis speciem, quam plenissi-
mam vocant: nobis superior divisio sufficit.

LXXI.

Plenam iudices regulariter in judiciis adhibere debent
d. l. 9. d. c. fin. l. 2. 3. 5. ult. C. Comm. epistol. Summaria uti
possunt in iis, quæ celeritatem desiderant, & leve duntaxat ad-
versario præjudicium faciunt; velut in causa possessionis
momentariæ l. un. C. si de mom. poss. fuer. appel. l. 8. C. und. vi,
in edicto Carboniano l. 3. D. de Carbon. ed. C. vid. l. 15. §. si
rerum D. de re jud. l. 3. §. 1. D. ut in poss. legat. l. 9. §. illud quæri-
tur D. de interrog. in jur. fac.

LXXII

Ex quibus locis illud quoque demonstrari potest, provi-
sionum, quam vocant, materiam, non totam foro, sed partim
foro, partim legibus accepto ferendam, ut rectè docuit Re-
buffus, ad const. reg. tom. 1. de sent. provis. in procem. n. 21. cum
multis locis vestigia ejusdem deprehendantur. Vide l. pen. D.
de his qui sunt sui vel al. jur. l. 5. §. meminisse D. de agnosc. vel
al lib. l. ait prator 7. §. 1. l. filius 9. D. de jur. delib. l. 2. C. ad leg.
Corn. de fals. l. si instituta 27. §. de inofficioso D. de inoff. test. l. 1.
§. si decem vers. sed si sub conditione D. ut legat. seu fideic. serv.
caus. cav. l. 5. §. si quis rivus C. §. seq. D. de op. nov. nunc. l. in am-
biguis 85. §. quotiens, D. de R. l. l. ille à quo 13. §. quid ergò D. ad
SC. Trebel. l. si in fraudem 9. C. de legat. l. 6. D. de her. petit.

LXXIII.

Si quid omissum sit ab advocatis, vel ipsis partibus, id
supplere iudex potest, l. un. C. ut qua def. adv. part. jud. suppl.
Plerique omnes id rescriptum intelligunt de iis, quæ juris
sunt, non de his quæ facti. Rectius utraque suppleri posse
dice-

dicemus, ita ut quærat iudex quæ dicto quæsitoque opus sunt, etiam si is cuius res est, ea neque dicat, neque postulet, *arg. d. l. un. l. ult. pr. C. de appell. l. 9. §. 1. l. pen. D. de interrog. in jur. fac. l. 3. §. idem D. Hadrianus D. de testib. l. 22. C. ad leg. Corn. de fals. l. 1. C. Theod. de jud. c. adferte. de presunt. Gell. lib. 14. cap. 2. Cuj. in par. C. ut quæ des. advoc. part. Hort. in d. l. 9. C. de jud. Vigel. 3. dial. jur. cap. de suppl. eo quod part. de Gudel. lib. 4. cap. 9. in fin.*

* Vid. *Supr. cap. 3. aphor. 64.*

LXXIV.

Si omissa sit causæ cognitio, sententia nullius momenti est, *l. 4. §. 7. C. de sent. §. interloc. l. 2. §. 5. §. ult. C. Comm. epist. program. §. ubique Dd. Vant. de null. ex def. proc. n. 28. neque placet distinctio Zasii in d. l. 9. C. de jud. n. 15. §. seq. distinguentis, utrum aliqua, an nulla sit adhibita causæ cognitio: illo casu à sententia appellandum; hoc nullam esse ipso jure.*

LXXV.

Interlocutio est pronuntiatio iudicis, in principio, aut medio litis interposita, quæ ad litis progressum spectat, non etiam litem finit, aut perimit *l. 9. C. de sent. §. interloc. l. 4. D. de re jud. Vulgus definit sententiam: dividit enim sententiam in interlocutoriam & definitivam. Verum, cum in usu juris interlocutio sententiæ ut plurimum opponatur, non satis commodè id fieri potest.*

* Vid. *Exerc. ad Pand. 44. thes. 3. §. 4.*

LXXVI.

Cujacius *in par. C. de sent. §. interl.* præceptum definire maluit; quod an rectè fecerit meritò dubites: videtur enim & sua ratio interlocutionis esse species *d. l. ex stipul. 7. C. eod. Suadet iudex ut litigatores transigant; non est præceptum; neque*

neque enim obtemperare coguntur *d. l. 7. & l. 2. §. si quis ju-
dex D. de recept.*

LXXVII.

Excipiunt interpretes casus sequentes. Cum lis diu-
turna est, sumtuosa, odii invidiæque plena *arg. c. placuit dist.
90.* Cum periculum est, ne ad arma provolent litigatores *arg.
l. 13. §. aquissimum D. de usufr. l. 1. §. quies D. de off. pref. urb.*
Cum apud Pontificem, aut summum principem agitur, *arg.
c. cum inter & c. venerabilem de elect.* Nullam harum exce-
ptionum probo. Giphani. *in d. l. 6. C. de sent. & interloc.*

LXXVIII.

Quod diximus interlocutiones litem non perimere,
id. all. l. 9. C. de sent. & interl. temperat adjecta particula *ple-
rumque*: Quam ut effugiat Giphani. *in com. ad eand. l. 9.* à Tri-
boniano adjectam putat. Verum nulla hic necessitas de-
currendi ad Tribonianismum, cum vel dici possit modestiæ
causa adjectam, vel esse quasdam interlocutiones, quæ vim
perimendi, & sententiæ habere videantur.

LXXIX.

Quæ illæ sint variant doctores, cum veteres, tum re-
centiores. Nos Cujacium secuti *d. loc.* adducemus eam, qua
judex admittit exceptionem peremptoriam *l. 37. C. Theod. de
appel.* qua jubet adnotari reum absentem, & bona ejus obli-
gnari *l. 3. C. Si pend. appel.* Possis fortè & istam adjicere, qua
jubet in arbitrariis rem restitui, aut exhiberi *l. 18. D. de dol. l.
14. §. 1. & §. hac actio D. quod met. caus.* qua defert jusjuran-
dum, *arg. l. 13. D. de jurej.*

LXXX.

Alia interlocutionis species est, qua judex diem judicii
diffisum pronuntiabat. Id fiebat, cum alter ex litigatoribus,
morbo fontico laborare, aut reip. causa abesse cœpisset, *l. 60.*

D

D. de

D. de re jud. Quin etsi iudex in morbum fonticum incidisset, diem iudicii diffisum voluit esse lex XII. Tab. l. 2. §. si quis iudicio 3. *D. Si quis caut. in jud. sist. caus. fact.* Sigon. 1. de iud. cap. 28. Potuit & diffindi, si iudici non liqueret Gell. d. cap. 2.

LXXXI.

Aliis quoque ex causis iustis & gravibus dilationes conceduntur l. 1. 4. & pen. C. de dilat. Veluti, propter mortem patris, aut filii, aut conjugis, aut similes casus l. interdum 36. *D. de iud.* propter absentiam testium, aut advocatorum, aut instrumentorum d. l. 36. & l. 45. *D. de iud. l. 1. & 2. C. de dilat. l. 23. §. ult. D. Ex quib. caus. maj.*

LXXXII.

Tempora dilationum tit. *D. de fer.* promittit, non præstat; sed nec alibi reperiuntur. Sunt igitur arbitria; nisi cum propter locorum distantiam, ad proferendum instrumenta, producendum testes dilatio petitur. Hoc enim casu l. 1. C. de dilat. si ex eadem provincia petantur III. menses, si ex continenti VI. Sin ex transmarina IX. vult concedi. Don. 24. com. 6.

LXXXIII.

Quæ tamen definitio eo pertinet, ut intelligamus plus dare iudicem non posse, minus dare posse. Quid enim si ita continens sit provincia, aut transmarina tam angusto freto divisa, ut paucis diebus in eam perveniri possit? d. l. 1. & ult. C. de dilat. l. 99. §. 1. *D. de V. S. Don. d. cap. 6. Duar. ad tit. D. de fer. cap. 2.*

Diff. Wes. par. eod. n. 13.

LXXXIV.

Quoties dari possit dilatio Paulus tradit in l. ult. *D. de fer.* Sed obscure. In pecuniariis, inquit, causis omnis dilatio singulis causis amplius semel tribui non potest. Hoc respon-

spon-

sponsum vel cum Hot. *in epit.* elucidabimus ita: Ex singulis
causis non nisi una dilatio danda: vel cum Bar. *in com.* In sin-
gula capita seu articulos una dilatio danda, nisi urgentissima
& inopinata ratio suadeat iterum dari.

LXXXV.

Quid si iudex aut denegaverit mihi dilationem, & ob
hoc, deficientibus probationibus victus sim, aut adversario
dederit dilationem, quam non debebat, & ob id damno ali-
quo affectus sim? Priori casu sententia nullius momenti erit:
posteriore non æque.

Diff. Donel. *d. cap. 6. in fin.* Vant. *d. tit. n. 42.* Conf. Hart.
ab Epping. tit. 12. obs. 4. n. 6.

LXXXVI.

Etiam illud iudicis est, in dubiis causis, & inopia proba-
tionum iuramentum, quod suppletorium interpretes vo-
cant, vel reo, vel actori deferre *l. 31. D. de iurej. l. 3. C. eod.* de quo,
quia peculiari loco dicturi sumus, pluribus hic dicere super-
sedebimus.

LXXXVII.

Pertinet quoque ad officium iudicis citare eum, qui ere-
modicium contraxit; id est deseruit litem contestatam. Id fit
tam præconis voce, quàm legitimis edictis. De edictorum or-
dine actum est *cap. preced.* Illud nunc addendum: Si vadi mo-
nium desertum fuerit, non perveniri ad sententiam, nisi *ex*
novel. 112. cap. 3. cum absente actore id impetrat reus. At cum
lis contestata est, tam actor, quàm reus id impetrare potest.

LXXXVIII.

Pronunciat autem iudex non utique contra absentem,
sed & pro absente, si justior ejus fuerit causa. Si contra absen-
tem, seu actorem, seu reum, tanquam contumacem pronun-
ciaverit, poena contumaciæ est, ut perdat jus appellandi, vel
ex integro causam agendi *l. 53. D. de re jud. l. 13. §. sin autem*

*reus C. de jud. l. 31. §. 2. D. de neg. gest. d. nov. 112. cap. 3. Sin pro
absente actore nihilominus is propter contumaciam in sum-
tus litis condemnatur, d. l. 13. §. & si quidem.*

LXXXIX.

Hoc autem ita ad officium judicis pertinet, si præsens in-
cusata adversarii absentia id postulet, ut rectè notant Dd. *in d.
§. & si quidem.* In hac igitur re & justæ excusationum causæ ad-
mittuntur; ut, si quis valetudine, tempestate, fluminis vi im-
peditus, aut magistratus imperio, vel alia majore necessitate re-
tentus sit, *l. 2. D. si quis caut. in jud. sist. caus. fact. l. pen. C. Quom.
& quand. jud. sent.*

XC.

Postremò ad officium judicis pertinet, causa plenè discussa
ferre sententiam. Id autem fit, postquam litigatores allegationi-
bus suis renuntiaverint, seu, ut vulgò loquuntur, postquam
conclusum fuerit in causa *l. 9. C. de jud.* Quod si alter renuntia-
verit, alter habere se dicat, quod adjiciat, indulgetur ei mensis
unus, alter, & tertius, intra quos nisi adjecerit, judex fert sen-
tentiam, *auth. jubemus C. eod. nov. 115. cap. 2.*

XCI.

Sed quod dicimus allegationes post renuntiationem non
admitti, id doctores & usus fori limitant, ut locum habeat in iis
duntaxat, quæ sunt facti: jus & locos etiam post renuntiatio-
nem allegari posse putant; eò quod omitti à judice supplendi
sint *l. un. C. ut qua des. advoc. part. Zas. in d. l. 9. C. de jud. n. 25. &
26. Gudel. d. lib. 4. cap. 12. pr.* Huic rationi quantum fidendum,
ex aphor. XXII. paret.

XCII.

Illud facilius admiserim, si alter renuntiaverit, alter habere
se dicat, quod adjiciat, non obstante renuntiatione, interim &
renuntiantem allegare, quæ in rem suam sint posse, *arg. l. pen.
§. 1. C. de temp. in int. restit. Neost. ad decis. cur. Hol. 42.
Diff. Sich. in d. auth. jubemus n. 7.*

XCIII.

Quid si post conclusionem in causa factam reperta sint no-
va instrumenta? Non obstante renuntiatione ea produci posse
tradunt Bartol. *in l. municiporum num. 5. D. de opt. legat. Jas. in l.*

admo-

*admonendi num. 50. & 54. D. de jurej. Roman. consil. 176. col. 3.
eosque secuti Gail. 1. obs. 107. num. 10. Hart. Hart. tit. 18. obs. 3.
Nobis modestius loquutus videtur Felinus in c. cum dilectus de
fid. instr. col. 4. qui existimavit restitutionem in integrum impe-
trandam esse, ex illa clausula; Si qua alia mihi justa causa videbi-
tur &c.*

EXponis doctè quid **CONTESTATIO** LITIS,
Ac promptis verbis asseris atque negas.
Continuè evolvis sinuosa volumina Juris:
Inde caput cingent laurea ferta Tuum.

*Per-Eximio Dn. Rabio domestico Carissi-
mo, & auditori suo sedulo gra-
tulatur*

**Georgius Adamus
Struve / D.**

DUm tradis, quidnam sit **Contestatio** Litis,
Ostendis nobis studii ingenique Labo-
res
Doctos, propediem quos præmia larga man-
bunt,
Et quos excipiet mox lætis fama quadrigis!

*Ita benè ominatur de Eruditione egre-
giâ Clarissimi Rabii Amici sui ho-
norandi*

**Joh. Christophorus Falschner /
J. U. D. Prof. Publ. h. t. Facult.
Jurid. Decanus.**

FRigore consistunt artus, mens ignea Rabi
Exardet studiis, nec nisi magna colit.
Illud dum fugimus, studii parit ignis amorem.
Sic ex diversis conciliandus honor.

f. l. m. q.

Henr. B. Roth / D. P. P.

IN castris tenus hac Te, *dulcis Amice*, Themistos
Exercuisti strenuè,
Multaque felici superâsti praelia nifu
Generosi ad instar militis.
Hinc benè quin meritis dudum sis digna profectò
Brabèa, nullus ambigo.
Nec quoque parva meam tenet admiratio mentem
Conferre quod dignissimo
Tam, *Praclare*, diu, *Rabi*, veneranda moretur
Tibi Themista, ceu meres.
Credo tamen (nec vana fides) certamine demum
Hoc ultimo feliciter
Ex votoque, nec exiguâ cum laude peracto
Tuum Sacrata Purpura
Ambiet hocce caput, merces pergrata, suumque
Licentiatum mox Dea
Incluta consultrix Te *Jure in Utroque* vocabit,
Quod ut maturet, intimis
Optime Amice, mei cordis penentralibus opto!
Votis at atber annuat!

*Propensissimo adfectu Scri-
bebat*

Petrus Müller / D.
P. P.

Expo-

EXponis clamosa fori qui iurgia Musis,
Ajere quid soleat quidque negare reus,
Judicis à Sella rediens sacra pulpita scandis,
Sentiatur Cathedram Te coluisse forum.
Macte labore Tuo! dum misces vtile pulchro
Captatis punctum laudibus omne feres.

ita applaudebant

DN. RESPONDENTI

Commenfales.

Die Rechte bleiben doch die wahre Wiſſenſchaft/
Die Uns der Käyſer ſelbſt aus hohem Trieb geſchrieben.
Was giebt/ als Themis/ mehr Vergnügung/ Luſt und Krafft?
Sie ehret alle Die/ ſo Sie von Herzen lieben.
Kein trinckbare Gold ſtärckt ſo/ als ihre Gunſt erquickt/
Sie öffnet uns den Grund vergrabner Heimlichkeiten/
Sie macht Seel und Leib zu rechter Zeit beglückt
Und läßt die Zhrigen in Fürſten-Zimmer leiten.
Doch wer ihr Diener will und ihr Getreuer ſeyn/
Dem giebt Sie anfangs nicht Zaſmin und Zimt zu ſchmecken/
Ihr Cabinet ſchleuſt nur die muntern Geiſter ein/
Die Tag und Nacht den Kopff an kluge Schrifften ſtrecken.
Man muß den Javolen/ den Paulum/ Afrikan/
Den Cajum/ Skävolum und hundert andre hören/
Auch oft/ was man gelernt von einem Ulpian
Mit Vorſicht und Vernunft und Nuß die andern lehren.
Ja wie vor Richtern man behutſam reden muß/
Darff hier auch nicht verſäumt und gar vergeſſen werden:
Da kämpft man vor das Recht durch einen klugen Schluß/
Zu dämpffen den/ ſo nur die Unſchuld tritt zur Erden.
Es iſt fürwahr nicht gnug nur heißen Themis Sohn/
Wann bloß der Mahme ſoll ohn alle Früchte prangen.
Die That prüfft einen Mann. Zuder Aſtraen Thron
Läßt uns die Tugend nur und ſteter Fleiß gelangen.

Mein

Mein Freund / ich will zwar nicht jetzt werden ein Prophet /
 Doch sag' ich : Viele wird ihr eitler Bahn betriegen /
 Dadurch ihr frecher Sinn auf Stern- und Wolcken geht /
 Die endlich werden sehn / daß Sie zu Grunde liegen.
 Du hast es iederzeit / ich weiß es / so gemacht /
 Daß diese Göttin dich gedrückt an ihre Brüste.
 Dein Leipzig hat zu erst dich an das Licht gebracht /
 Da du genossen hast der Weißheit süsse Luste.
 Drauf als die schöne Stadt / das süsse Vaterland /
 (Mein Hall' / ich meine Dich / du Sitz gelehrter Leuthe)
 Uns Beyden wiederum both Arme / Schooß und Hand /
 Nahm diese Göttin schon dich mit zu Kampff und Streite.
 Jetzt speiset Jena dich mit Zimt und Ambrosin / (tet /
 Indem der GROSSE ERNIE dich seiner Gunst werth ach-
 Vor welches Heyl sich stets soll unser Wunsch bemühn /
 Auch MULLER und wer mehr dein schönes Thun betrachtet.
 Ich ruffe Glück zu dem / was du mit Ruhm gewagt.
 Du legst hier abermahl des Fleißes Zeugnis nieder.
 Was dir Justinian schon längst zugesagt /
 Das wünschet dir mit mir / ich glaub' es / jetzt ein ieder.
 Dieses setzet zu Ruhm seines geehrten Herrn
 Bruders und verbleibet dessen erge-
 bener Freund


Augustus Drachstedt.

Primus scire labor, proponere cognita doctis,
 Alter, at ornari tertia cura fuit.
 Ingenii vires, fundentem pondera linguam
 Plurimus Auditor pollice utroque probat;
 Quin igitur Tua condecorat Doctrina tiarum?
 Sed Docti rem, non nomen, habere cupis.

*Ita Clarissimo Domino Respondenti Domestico & A-
 mico suo in paucis dilectissimo de eruditio. q. &
 haectenus edidit. speciminibus serbo bre-
 viori quam sensu gratulari
 Solut*

Lüder Mencke.







Leica, Diss., 1679 M-z

ULB Halle 3
005 360 82X


V 17







I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

LITIS CONTESTATIONE ET QUÆ HANC
VEL COMITENTUR VEL
SEQUANTUR.

Quam
DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
In Illustri Academia Salana,

PRÆSIDE

Viro Illustri ac Magnifico

DN. GEORGIO ADAMO

Struben/

Hæreditario in *Wangleben & Benigen-*

Gena/ Jcto Consummatissimo, Sereniss. Du-

cum Saxo-Vinariensium Consiliario intimo Emi-

nentissimo, Facultatis Juridicæ Ordinario, Curia Pro-

vincialis, ut & Scabinatûs Adessore Gra-

vissimo,

Dn. Patrono nullo non observantia & obsequii cultu atatèm deve-
nerando.

Publicæ eruditorum disquisitioni sistit

WOLFFGANGUS GEORGIUS *Rabe /*

Hall. Sax.

ad d. 11. Januar. An. cl. lcc. LXXIX.

horâ VII matutina ad X.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.